

Dissertatio inauguralis de iodino ... / eruditorum examini subjicit Edvardus Rigby.

Contributors

Rigby, Edward, 1804-1860.
Woodforde, James
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Edinburgi : Excudebat P. Neill, 1825.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/u5jbm7fw>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





DISSERTATIO

INAUGURALIS

DE

IODINO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS

DE

IODINO

QUAM

ANNUNTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE REVERENDI ADOCTORUM VNI

D. GEORGI BAIRD, M.D., F.R.S.E., F.R.S.

ACADEMIAE SCOTICAE MEDICAE

INAUGURATA

ANGLIENSIS ACADEMIAE CONSENSU ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICI DECRETIS

DE

PHOTOGENIA DOCTORIS

SUBMISSAE IN MEDICINA HONORABILIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSERVANDA

EXORDIUM REAMINI SINDICI

EDVARDUS RIGBY

Anglus

AD CALENDAS AUGUSTI, HORA LOGOGUE SOLITIS

EDINBURGI

EXCUDERAT P. KEIL

MDCCLXXV

(3.)

DISSERTATIO

INAUGURALIS

DE

I O D I N O;

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICI DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

EDVARDUS RIGBY,

Anglus.

AD KALENDAS AUGUSTI, HORA LOCOQUE SOLITIS.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXXV.

DISSERTATIO

IN ANATOMIA

DE

LODINI

ANNO

MDCCCLXXXIII

IN ACADEMIA REGIA MEDICAE

PAULINA VIRIQUO OPTIMI

ACADEMIAE REGIAE MEDICAE

PRO

GRADU DOCTORIS

PHILOSOPHIAE

DE ANATOMIA

PERPETUAE IN REGIA ACADEMIA

PAULINA VIRIQUO OPTIMI

ACADEMIAE REGIAE MEDICAE

PAULINA VIRIQUO OPTIMI

DE

AD CAENAS APOSTOLI DOMI LOCUS VESTIGII

EDITIONI

ACADEMIAE REGIAE MEDICAE

PAULINA VIRIQUO OPTIMI

SACRUM MEMORIÆ
PATRIS VIRIQUE OPTIMI,

HOC OPUSCULUM,

CONSECRAT

FILIUS AMANTISSIMUS

E. R.

CONSANGUINIS
RACIUM MEMORIAE

CAROLO HENRICO PARRY M.D.
PATRIS VIRIQUE OPTIMI
ETC. ETC.

SEQUENTIBUS

LABORIS OBSERVATIONIBUS

D. D. D.

EDITHA WARRINGTON

AUCTOR

R. H.

CONSANGUINEO SUO

CAROLO HENRICO PARRY, M. D.

ETC. ETC.

SEQUENTES PAGINAS,

AMORIS OBSERVANTIÆQUE PIGNUS

D. D. D.QUE

AUCTOR.

DISSERTATIO

IN ACADEMIA

COMPLUTENSIS

CAROLO HENRICO PARRY, M.D.

LONDINO

SEQUENTIBUS PAGINIS

Alfonso Eduardo Rivas

ALONSO GONZALEZ

In D. D. D.

Inter multa et varia inventa que recentioris
memoriae aetate elucida et illustrata sunt, paucis
effectus tam magni momenti, phenomenon cla-
riora, et magis notanda consuevit sunt, aut ad
amplificandam promovendamque scientiam tam
conducent, quam inventum ledii fortissimum a
M. De Courton, nisi purificatore iuxta Pa-
risios operante. Sed nullo modo omne meritum
illi tribuendum est; ille enim solum hoc princi-
pium existere demonstravit; at illis insignibus

J. Maadford Esq. M.D. with the sincere
wishes for success, both in medical Practice

DISSERTATIO

INAUGURALIS

DE

IODINO.

Auctore EDUARDO RIGBY.

INTER multa et varia inventa quæ recentiore memoria artem chemicam locupletaverunt, pauca, effectus tam magni momenti, phænomena clariora, et magis miranda consecuta sunt, aut ad amplificandam promovendamque scientiam tam contulerunt, quam inventum Iodini fortuitum a M. DE COURTOIS, nitri purificatore juxta Parisios operante. Sed nullo modo omne meritum illi tribuendum est; ille enim solum hoc principium existere demonstravit; at illis insignibus

philosophis H. DAVY et GAY LUSSAC, investigatio ejus erudita debita est, totaque naturæ singularis detectio.

Iodinum e liquore obtinetur, qui superest post separationem sodæ e lixivio alkalino, ab algis in cineres redactis comparato.

Hoc residuum copia magna formatur inter operandum a saponis confectoribus, et in eo Iodinum copiosissime abundat. Sed multum alkali solutum perstat; ad quod separandum, ad gradum thermometricum, duocentesimum et tricesimum FAHR. caleferi, unciaque acidi sulphurici una cum pari aquæ pondere diluta, octo singulis unciis hujus liquoris immisceri debet. Sulphas Sodæ hoc modo formatur, et solutione refrigerata in crystallos concrecit. Liquor supernatans, Iodinum continens, ab alkali nunc disjungi potest, effundi debet, et postea per pannum laneum colandus est.

Vas vitreum (Anglice dictum *Matrass*) semiplenum imple, atque calorem ignis adhibe, et ad quasque misturæ uncias octo, manganesii peroxidi unciam circiter adde. In hoc liquore Iodinum in forma acidi hydriodici existit, quod chymice disjungitur; aqua fit, oxygenio peroxidi cum

hydrogenio acidi hydriodici coalescente. Hoc modo Iodinum liberatur, et liquore calefacto in vaporis forma, colore violaceo atque pulcherrimo ascendit: hinc nomen ejus, ab *ιωδης* violaceus.

Ad hunc vaporem recipiendum, sphæra vitrea super vas antedictum inverti debet, pannis aqua madidis refrigerata. Iodinum squamis vel crystallis nigro vel metallico colore condensatur. Hæ cum aqua agitata, a vase disjungi facile possunt (quia Iodinum in aqua minime solubilis est), et in chartam bibulam exsiccandæ sunt.

Iodinum hoc modo confectum epidermidem nigro-fusci coloris macula inficit, quæ per evaporationem cito evanescit.

Septies millesimam partem aqua solummodo solvere potest; fusco vel flavo colore solutio fit, sed et in hac tam diluta, gutta quidem una solutionis amyli, id adesse colore violaceo demonstrabit.

Auram electricam non ducit, et comburi nequit. Calore ad gradum tricentesimum et quinquagesimum FAHR. admoto, in vaporem violaceum convertitur, et si in hac forma super potassam candentem transmittatur, oxygenium evolvitur, et Iodidum Potassii fit; sic demonstrans, Iodinum

majorem, quam oxygenium ad potassium affinitatem habere, et in hac re Chlorino similem esse. Iodinum ad temperiem aëris atmosphærici, cum hydrogenio non coit; sed si calor admotus sit, gas acidum nomine Acidum Hydriodicum, evolvitur; hoc, acido muriatico simile, ab aqua copiosissime absorbetur.

Principia ejus chlorinum dijungit, cum hydrogenio acidum muriaticum formans, atque Iodinum liberans. Hoc acidum facillime obtineri potest, in transmissione fluxus hydrogenii sulphureti per solutionem Iodini; hydrogenium cum Iodino se jungit, acidum hydriodicum formans, et sulphur cadit.

Hydrargyrum lente hoc acidum disjungit; iodidum hujus metalli nascitur, et hydrogenium manet, dimidio voluminis primarii æquum; ex hoc constat, e vapore Iodini et hydrogenii compositum esse, quæ pari quantitate sine mutatione voluminis coëunt. Acidi principia hydriodici omnino a calore divelluntur; et si satis oxygenii adsit, aqua formatur, et Iodinum liberatur.

Hoc acidum cum potassa, Hydriodatem potassæ format, remedium quod apud medicos plurimi interest.

Duobus modis hydriodas potassæ formari solet; unus Iodinum in aqua potassæ concoquendo, iodas et hydriodas potassæ formantur; hanc mixturam evaporando et cautissime urendo, iodidum potassii fit, ex quo per aquæ disjunctionem hydriodas potassæ obtineri potest; sed hoc modo magna copia materiæ inter operandum perditur, etsi quam peritissime temperatur.

Alter modus est per synthesin aquæ Potassæ cum Acido Hydriodico. Hoc acidum facillime obtineri potest, transmissione hydrogenii sulphureti antedicta per solutionem Iodini, sed non multum Iodini simul usurpari potest; nam si magna copia adsit, sulphur præcipitatum ad Iodinum se jungit, et sic omnino ab actione hydrogenii defendit. Optimus igitur modus est in aqua potassæ pura, leni calore admoto, Iodinum gradatim et caute solvere; in acida iodicum et hydriodicum per aquæ disjunctionem statim convertitur; utroque cum potassa coeunte, sic tandem alkali neutrum fit.

Tamdiu quam potassa adest libera, solutio coloris expers manet, sed statim quum vel minima portio Iodini libera manet, solutio fuscum colo-

rem adipiscitur. Alkali liberum abesse per chartam litmo tinctam et acido rubefactam facillime quoque probari potest. Per hanc solutionem, fluxum hydrogenii sulphureti transmitti necesse est, donec omnis iodas potassæ in hydriodatem convertitur; hoc æstimari facile potest, quia si operatio perfecta fuerit, solutio odorem gasis retinet, quod si iodas ulla manet odoris omnino expers est. Colando et evaporando, hydriodas potassæ purissimus et niveo colore obtinetur.

Non per se cum nitrogenio conjunctionem facit, sed per ammoniam iodidum nitrogenii formatur. Cum oxygenio acidum iodicum Iodinum producit; hoc obtinetur a combustione spontanea quæ per conjunctionem euchlorini cum ejus vapore accidit; cum chlorino acidum chloriodicum format.—Sed satis de chemica ejus historia.

Iodinum corpus humanum mire et vehementer afficere notata est. M. ORFILA experimentum in se periculosum fecit; sex grana deglutavit, quæ vomitum biliosum, cum dolore gravi in regione ventriculi, excitaverunt. Dosis granorum septuaginta canem cito interfecit. Sed M. COIN-

DET, medicus Genevensis, Iodini usum in medicinam primum introduxit. Id in spongia usta esse existimans, efficientiam ejus in Bronchocelæ sanatione, Iodino in spongia existenti attribuere adductus est. Experimentum itaque variis modis in Geneva fecit, ubi morbus iste sæpissime occurrit; exitus felix et plerumque singulari in modo conatum ejus secutus est; tumore glandulæ thyroideæ in quibusdam exemplis, brevi spatio dierum quinque, mollescere et recedere cæpto. Hoc non semper accidebat; in aliis enim multo longiore tempore opus fuit, priusquam iidem effectus evoluti sint; in paucis, corpus minime affici visum est. Post tempus quoddam, totum corpus medicina affectum fieri videtur, et phænomena mira et insolita occurrunt, quæ nisi cura plurima ægro adhibeatur, exitu malo comitari verisimile est. Simili modo COINDET ille doctissimus, de hac re sententiam dicit: "It appeared to me to saturate the animal economy, and in some cases to develope the idiodic symptoms, more or less suddenly, much after the manner in which the mercurial symptoms manifest themselves." In hoc statu corporis, ægri maciem maximam cum

summa virium prostratione subito passi sunt. In quibusdam exemplis, ubi hoc medicamentum, majore copia adhibitum fuit, catharses vehementes cum dolore in regione ventriculi cruciante, et convulsionibus et spasms musculorum gravissimis in membris inferioribus corporis, acciderunt. Secundum Doctorem GAIRDNER, qui exempla quædam satis notabilia, venenationis ex usu Iodini incauto, curasse videtur; symptomata generalia incipiunt, cum subsultu levi musculorum, quum admotum se contrahunt; hæc res diagnosin bonam inter Choream et venenationem per Iodinum præbere videtur; pulsus fit parvus, celer, et quod Anglice vocamus "*thready*;" et iste sensus peculiaris virium defectionis, animique deliquii instat, qui sensum omnis alius doloris, superat, eodem tempore imminentis.

Si medicamentum magna copia adhibitum sit, æger vomitu bilioso et diarrhœa cruciatur, cum convulsionibus et aliis affectibus de quibus antea dixi; sed hæc symptomata perraro occurrunt, nisi in eis quibus per errorem ministrata sit, quia nemo principiis medicinæ imbutus, remedium tam potens tam incaute det, ut ægrum huic periculo

obnoxium reddat. Effectus Iodini unus et maxime singularis, est subita et omnino rapida macies, quæ per totum corpus serpit. Ego ipse exempla quædam notatissima vidi. Cura igitur diligens ægro, quum Iodino utitur, tribui debet; quia symptomata, quæ sanitatem ab ea affici ostendunt, insidiosè et gradatim obrepunt; et vim multam adipiscuntur, priusquam medicus aut æger ipse ea detegere possunt.

In iis ex nimio usu Iodini male se habentibus, symptomata reprimere aut lenire difficillimum est; nam quum vis morbi primarii decrescit, sub specie morbi chronica laborantem relinquit, quæ sæpe diutina fit.

Secundum doctos COINDET et GAIRDNER, opium in gradu acuto morbi plurimum valet. In specie chronica, diæta parca et temperata, exercitatione modica, et præsertim balneo tepido, cum cura ad viscerum functiones adhibita, opus est. Iodino in bronhocela curanda, ut antea dixi, Doctor COINDET primum usus est. Variis modis experimentum fecit, sed præ omnibus, potassæ vel sodæ hydriodatem laudat. In hujus medicamenti usu, exitu optime atque felicissimo fruitus est; adeo

ut remedium in bronhocelæ curatione ab hac inventione præclara, in artem medicam effulsisse arbitratum sit. Multi ad hoc remedium confugerunt, et sibi incaute præscripserunt; ignari quantum procedere fas esset, sæpe in extremum vitæ periculum se intulerunt, et sic multum laudis quam merita fuit, Iodium perdidit; ab illis culpata, qui erroris sui vituperationem subire debebant.

Cum quidam bronhocela afflictus, hac medicina uti caute incipit; tumor, inter prima symptomata quæ actionem ejus demonstrant, fit mollis, et si respiratio prorsus obstructa sit, nunc libera et sine anxietate perficitur. Tumor, adhuc (si lobulum utrumque implicuit) continuus, nunc in duos sese dividere videtur, et sic plerumque omnino evanescit; sæpe autem durities aliqua in una parte permanet, sed hoc minima et nihili est; et si medicamento caute utitur, omne fere periculum evitabit.

Haud scio an bronhocelæ curandæ modum, melius explicare possim, quam historiam narrando duorum vel trium exemplorum, ad quæ per amicos aditum habui.

HISTORIA PRIMA.

Hermina Catharina Parker, ætatis anno 15, natu Belgica, Augusti die 12^{mo} 1823. Initium morbi incertum. Magna bronchocela afficitur, infra pomum Adami, pene ad sternum extendente, lateribusque eminente; versus musculos mastoideos antrorsum et extrorsum tendit. Fluctuatio tumoris vel cutis decoloratio nulla, præter venas quasdam varicosas super partem glandulæ transversam. Tumor mollis et mobilis est; magnitudine variat, incrementum aut diminutionem molis nonnunquam subiens: sensorii functiones nullo modo afficiuntur; quædam, quum manu tractatur occurrit molestia. Iodini tinctura uti incepit die 29^{no} Decembris, bis die guttas decem capiens; mense Februario propter scarlatinæ impetum vehementem, hanc tincturam intermisit, a quo lente vires recuperavit; mense Aprili medicamentum resumpsit, et in usu ejus per tres menses perseveravit.

Augusti die 12^{mo}.—Valetudo integra; tumor plurimum diminutus, mollior et nunc parum no-

tabilis; in media parte glandulæ omnino evanuit.

℞ Ung. Hydriod. Potassæ ℥j.

Affricetur tumori ̄i. quoque die.

Augusti die 30^{mo}.—Plenitudo levis, ad lobulos glandulæ thyroideæ respondens; sed tam parva, ut vix discerni possit.

In hoc exemplo quamvis faustissimo, longo tamen tempore ad sanationem perficiendam opus fuit, propter magnam tumoris mœlem, et maxime propter intermissionem in Iodini usu, quæ a scarlatinæ impetu accidit, et lentam post id tempus recuperationem.

HISTORIA SECUNDA.

Maria Cassidy, ætatis anno 40, cœlebs, Junii die 19^{no} 1823, bronchocela affecta. Vultus anxius et pallidus (vel, ut Anglice dicitur, *sallow*), per sex annos infirmam valetudinem passa erat; tussi et expectoratione aspectus viridis et purulenti, et nonnunquam hæmoptysi affecta est.

Glandulæ thyroideæ amplificatio, circa diem 20^{mum} Decembris 1822 subito accessit, neque ite-

rum subsedit; eam dolor gravis in glandulæ regione, et circa claviculos antecessit, sed nullus in tumore ipso; ad manum durus et carnosus videtur, sed nulla molestia fit quum tractatur; non-nihil calcei formam equini habet, concavitate sursum, convexitate deorsum spectante. Lobulus sinister major est, cum venis in superficie varicosis.

Extremitas superior lateris dextri a centro marginis inferioris tres pollices distat: spatium ab uno latere ad aliud sex pollices habet. Ea portio glandulæ quæ trans tracheam tendit, usque ad sternum descendit. Intestinorum functio parum constans; catamenia rectis vicibus apparent; asthmæ obnoxia est.

Junii die 19^{no}.

℞ Elect. Jalap. et Sulph. ʒ iv.

Sumat cochleare parvum bis in dies.

℞ Tinct. Iodini ʒ ss.

Capiat gtt. xx. ter in die.

Junii die 21^{mo}.—Tussis molesta.

℞ Mist. Expect. ʒ vi.

Junii die 28^{vo}.—Tumor diminutus; bene se valere sentit; nullus expectorationis sanguineæ re-
ditus.—Continuentur medicamenta.

Julii die 8^{vo}.—Tumor diminutus; pectus molestia liberum; expectoratio quædam sanguinea.
—Repetantur guttæ xxv. ter in die.

Julii die 12^{mo}.—Tussis aucta.—Applicetur vesicat. sterno; cont. alia.

Augusti die 5^{to}.—Tussis perstat, cum doloribus subinde vagis in pectore, cum dyspnœa. Expectoratio purulenta, vel ex liquore tenui et glutinoso constans; emaciatur, cum sudoribus nocturnis.—Intermitt. tinct. Iodini.

℞ Pulvis Ipecac. gr. xij.

Pulvis Digitalis gr. ij.

Conserv. Rosarum q. s. M.

Fiat in Pil. iv. quarum sumat i. mane nocteque.

℞ Pulv. Purgant. \bar{z} iss.

Augusti die 7^{mo}.—Dyspnœa augetur, tussis levatur.

℞ Mist. expect. \bar{z} viij.

Spir. Ætheris nit. \bar{z} ij.

Spir. Amm. aromat. Θ i. M.

Sumat \bar{z} ss. tusse vel dyspnœa urgente.

In hoc exemplo magna sanitatis perturbatio erat; asthma ægra passa est, et in functione canalisi alimentarii male se habuit. Principio, nulla mutatio in tumore fere percipi potuit; sed post tempus aliquod, tumor diminui incepit, cum levatione symptomatum aliorum notabili; tussis autem et expectoratio manifeste augebantur; et macies quæ secuta est, cum pulsu crebro, et sudoribus nocturnis, sanitatem affici monstravit. In hoc exemplo verba doctissimi COINDET, de actione Iodini dicentis, optime comprobantur; dicit enim stimulum esse. Quæstio esse potest, quæ fuerit causa sudoris per noctem, quia secundum GAIRDNER et COINDET, cutis arida solet esse sub Iodini actione. Oriturne ex hoc medicamento? Sed hanc quæstionem aliis magis disputandi peritis relinquo. Iodium hic intermissum fuit, et post hanc historiam iterum adhibita, sed nulla cum levatione.

Multa exempla citare possem bronchocelæ sanationis per Iodium, si opus esset; sed hoc malui dare, qui ostendit aliquos affectus singulares, qui nonnunquam in usu ejus accidere solent, propter quos, medicus tam cautus semper debet esse.

Bronchocelæ sanatione lætus, hujus medicamenti usum ostendit Doctor COINDET ad tumores glandularum cervicalium, qui maxime in diathesi strumosa nascuntur; sed hic, ut GAIRDNER recte dicit, non semper valet. Multis nihilominus exemplis, ægrum ad sanitatem reductum, et tumorem omnino amotum, satis scio.

Historia quæ sequitur, exemplum, mea quidem opinione, actione ejus salubris optimum præbet.

HISTORIA TERTIA.

Mrs R——, ætatis anno 24^{to}, trium liberorum mater; vultu pallido, et quod Anglice dicimus “*sallow*,” aspectu valde infirma, multos tumores strumosos catenæ similes utroque colli latere habet; a latere sinistro, ab aure usque ad claviculum diffusi sunt; a latere dextro vix tantæ magnitudinis vel tam diffusi; quædam quoque glandularum axillarium tumefactæ sunt.

Tumores, mensibus quindecim ante hoc tempus, in latere sinistro, et uno circiter mense post partum, primum apparuerunt, gravissimo dolore, et inflammatione internæ auris antecedentibus.

Tumores per aliquod spatium temporis magnitudine nucis avellanæ erant; duobus circiter mensibus abhinc, increescere cœperunt, et nunc multi oyum gallinaceum æquant. Nulla suppuratio apparet, nec doloribus afficitur, nocte quoque sudat.

℞ Tinct. Iodini ℥ ss.

Capiat gtt. xij. ter indies.

Julii die 10^{mo}.—Multum valetudine et vigore profecit; tumores diminuti sunt, medicamentis paululum purgata est; luce nunc sudat.—Contin. guttæ xv. ter indies.

Augusti die 4^{to}.—Tumores multum diminuti, singulatim manifeste discerni possunt: ante hoc tam conferti, ut ne arteria quidem carotica dignosci potuerit; valetudine et viribus profecit, et cupidior cibi est. Intestinorum functio naturalis est; symptomata fausta, paucis diebus post usum medicamenti, se ostenderunt; vires primum recuperavit, diminutione sudoris sequente.—Contin.

Tinct. Iodini gtt. xv. ter indies.—Omnino sumpsit tincturæ semiunciam.

Mutatio tota, quæ in conditione totius corporis hic occurrit, studiose observari digna est. Mu-

tatio temporis per quod sudare solebat, a nocte ad lucem singularis est, et curam meretur, præcipue quia primum signum fuit, quod actionem aliam in corpore adesse monstravit. In quibusdam exemplis, ubi Iodinum incaute et in nimia quantitate datum fuit, siccitas summa cutis, semper symptoma notabile fuit; sed an sudoris temporis mutatio quæ in hoc exemplo occurrit, ab Iodini actione fuerit, sed in minore gradu, vel ex alia causa, dijudicare nolo.

In exemplis supradictis, Iodinum in forma tincturæ exhibitum fuit; sed COINDET, hanc non tam tractabilem esse putat: maxime laudat, potassæ ioduretum hydriodatem. Hoc medicamentum solutio est Hydriodatis Potassæ gr. xxxvi. et Iodini gr. x. in uncia una aquæ distillatæ.

Duo exempla citat, in commentario ejus tertio de administratione Iodini per frictionem, et de usu ejus in struma et aliis lymphaticorum morbis, quæ historiæ meæ tertiæ simillima sunt: dicit enim, "that the tumors become detached, more moveable, smaller, and softer."

Etsi Iodinum in bronchocelæ sanatione et aliorum glandularum tumorum faustum fuerit, qui-

busdam tamen exemplis minime valuit. Hoc cum observationibus Doctoris GAIRDNER consentit; et si necesse esset, historiam exemplorum hujusmodi citare possem. Cura semper adhibenda videtur, ut dignoscat medicus, an tumor ex amplificatione simplice constet, an ex structura partis mutata, ex hoc enim multum pendet sanatio morbi; et sic dicit COINDET: "I have reason to think, that those goîtres which resist the action of this remedy, are not real ones, or at least their entire substance has undergone some organic change."

Doctor BARLOW ex urbe Bath, exemplum satis notabile tradidit, quod per Iodini usum omnino sanavit. Levis febris et mala pectoris habitudo erat, cum valetudine parum integra. Hæc symptomata, catharticis subinde exhibitis, cum usu cinchonæ quotidiano sublevavit. Hydriodatis potassæ solutionem dare tum incepit, et unguento quoque hydriodatis potassæ per frictionem usus est; sed hoc, propter irritationem per id excitatam, intermisit; in usu solutionis quotidiano perseveravit, adeo ut mense uno, vix vestigium quidem tumoris discerni potuerit, valetudo inte-

gra facta, et sub hac curatione bronchocelæ sanatio secuta sit.

Doctor BARLOW, finem versus historiæ ejus, observationes quasdam utiles dat, de actione, et de cura quæ in usu Iodini adhiberi debet; primam indicationem curandi esse, sanitatem generalem corroborare dicit; et certe nisi quævis ad inflammationem proclivitas est, hæc est maxime necessaria. Sed signa generalia in exemplis hujusmodi, sæpe effectus, non causa sunt morbi; et hic Iodium in conditionem valetudinis optime agit, ut historia mea tertia testatur. COINDET etiam simili modo dicit: "I have employed in scrofula my new mode by friction, with a success nearly equalling that obtained from the saline solution. I however give the preference to the latter, since, in small doses, it is eminently tonic." In alia parte dicit: "Iodine is a stimulant; it gives tone to the stomach, and excites the appetite."

Doctor BARLOW, in tumoribus glandularum efficientiam ratiocinatus, usum ejus in tabe mesenterica laudat. Nunquam exemplum ipse vidi, sed unum bene cognosco, quod etsi parum pros-

pere evenit, secto tamen cadavere, glandulæ mesentericæ tumefactæ in illa conditione molli, quæ semper observata est primum esse signum Iodini actionis, inventæ sunt; nulla ut credo exulceratio fuit, sed difficillimum est, utrum hæc mollities ab Iodino, vel ab alia causa effecta fuerit, dijudicare.

Doctor GAIRDNER quoque in hoc morbo id laudat, et putat se magnam in phthisi tuberculosa levationem afferri vidisse. Sic quoque dicit Doctor BARON: "As far as my experience goes, there is no remedy that possesses such powers in promoting the absorption of morbid growths, as the hydriodate of potass." Hujus rei tria vel quatuor exempla citat, quorum unum cum tumoribus in cervice, historiæ meæ tertiæ simillimum est. Exemplum quoque phthisis pulmonalis dat; hic expectoratio statim post usum Iodini reprimi visa est, et melior sanitas secuta; sed an hæc symptomatum levatio, Iodini effectus fuerit, vel diætæ antiphlogisticæ, quæ eodem tempore usurpata fuit, res est quæ ad judicandum, multorum exemplorum concursus postulat. Laus summa Doctori BARON debita est, et equidem

spero, nos remedium phthiseos in Iodino tam valens quam Doctor B. promittere videtur, reperire posse. Iodinum absorptionem promovere mihi videtur eodem fere modo, quo emetica, quum per nauseam agunt; sed quum in nimia copia datur, istum prostrationis sensum tam singularem et periculosum, quem leniore modo, nauseam dicimus, inferre posse videtur.

De emeticorum actione, in absorptione promovenda, ad "*Dr BARON'S Inquiry, &c.*" pag. 158. lectorem refero.—Hanc dissertationem ultra thesicos limites facile dilatare possem, quia Iodinum plurima habet incitamenta ad naturam ejus explorandam.

Inter plures dissertationes quæ de hac re scriptæ sunt, ad sequentes lectorem referre volo:

Bibliotheque Universelle.

Archives generales de Medecine.

Brande's Journal, 1823.

Coindet's Essay on Iodine, translated.

Edinburgh Medical and Surgical Journal.

London Medical Repository, Dec. 1820.

Annales de Chimie et Physique, vol. xv.

Annales de Chimie, vol. xc. & xci.

Dictionnaire des Sciences Medicales,—ubi est catalogus istarum Algarum quæ Iodinum maxima copia continent.

aperi, nos transiunt phthises in Iodino tan va-
 lens quam Doctor B. praestitit videtur reperire
 posse. Iodinum absorptionem promovere mihi
 videtur eodem modo, quo quatuor, quum per
 nascentiam sicut : sed quum in nimia copia datur,
 istam prostrationem sensum tam singularem et pe-
 riculosum, quem leniore modo, nascentiam dicitur,
 inferre posse videtur.

De emeticorum actione, in absorptione promo-
 venda, ad "Dr. Keen's Inquiry, &c." pag. 158.
 factorem infero. -- Hanc dissertationem ultra the-
 ses hucus facile dilatare possem, quia Iodinum
 plurimum habet tractamenta ad partem, quae ex-
 ploranda.

Inter plures dissertationes quae de hoc re scrip-
 tae sunt, ad sequentes lectorem referre volo :

Bibliotheca Universalis
 Archives generales de Medicine
 Brander's Journal, 1813
 Coindet's Essay on Iodine, translated
 Edinburgh Medical and Surgical Journal
 London Medical Repository, Dec. 1820.
 Annales de Chimie et Physique, vol. xv
 Annales de Chimie, vol. xc. & xcj.
 Dictionnaire des Sciences Medicales. -- ubi est cura
 locus istum Algamum quae Iodinum maxima
 copia continent

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

APOPLEXIA;

QUAM

AVGVSTO SUIMO NVMINE

EX AVCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI

D. GEORGI BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENSIS PRAECEPTI;

REGNO

ANGLIAE RECTORIS ACADEMIAE CONSENSU ET

KONIGLICHEN FACULTATIS MEDICAE DECRETO

JOSEPHUS WORNALL

COMMISSIO IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

ALTI ET LEGITIME CONSEQUENDA

EDITIONUM EXAMINI SUBJICIT

JOSEPHUS WORNALL

Edinburgh

COLL. REG. CHIR. LOND. SOC.

AD PALATIAS AVGVSTI, MORA LOCORUM SOLITIS

EDINBURGI

EXCUDERAT P. NEILL

MDCCLXXV



